





Oct. 31, number 12  
1775, 14.

14  
QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI  
AN  
**MACEDONIANVM SCTVM**  
**PROSIT FILIO FAMILIAS**  
**PECVLIVM IRREGVLARE**  
HABENTI  
QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
PRAESIDE  
**D. CHRISTIANO HENR. BREVNING**  
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITERAR. DVSEBVRGENS.  
SOCIO  
IN AUDITORIO IVRIDICO  
DIE VII. IUNII ANNO CCCCCCLXXV.  
DEFENDE'T  
**CHRISTIANVS GOTTLLOB ARNOLD**  
PIRNA. MISNIC.

---

LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGEHEMIA.



Plautus 183

MACEDONIANUM SCITVM  
PROSTI ETIO EMMILIVS  
BEGAFIAW IRIGOGAFLAR  
HABINT

Quanta dicitur Romulus quod est in mactoponente  
noscimurque non solum in litteris etiam in consuetudinibus  
et ritibus et in locis et aliis Romanis interuenientibus  
sextam excepit. Natae novemtangunt. In  
petr. enim diuersis novemtangunt potestis in curia  
esse posse duas. Iacchus pugnacum qui superstitio  
exhibicione diuidens ut in sacrae pugnae etiam pugnaret  
cum iustitiae pugnare. Non pugnare hec est q[ui]ntus  
pugnacium ut in sacra pugnare. Quia loqui pugnacium  
pugnacium. At es genuina iacobina. qui sacerdos pugnacium  
pugnacium. Etiam in sacra pugnacium. Hoc  
pugnacium est pugnacium pugnacium. Non pugnacium  
pugnacium. Non pugnacium. Non pugnacium. Non pugnacium.  
Non pugnacium. Non pugnacium. Non pugnacium.

AN  
MACEDONIANVM SCTVM  
PROSIT FILIO FAMILIAS  
PECVLIVM IRREGVLARE  
HABENTI

---

§. I.

Quanta fuerit Romanis cura et in improbitate  
nociva coercenda, et in securitate cuiusuis fir-  
munda, ex ipsis legibus Romanis innumerabilia  
extant exempla. Neque hoc mirandum, ha-  
bet enim quaevis nomothetica potestas in ciui-  
tate hos fines primo rerum publicarum fini subordinatos.  
Exemplum quoque est in *Senatusconsulto Macedoniano*. Cum  
enim foeneratorum improbitas filiis familias peccandi daret  
licentiam mutuo data pecunia, qua vel ad luxum et libidinem  
ducerentur, ut ea demum repetita, quo heredes paterno-  
rum bonorum existarent, parentum vitae insidiarentur. Huic  
tripisci malo medelam posuit Senatusconsultum, quod fo-  
eneratoribus actionem negavit omnem, ad repetendam eam,  
quam mutuo dederat pecuniam, quippe putauit Ordo am-  
plissimus, vel quod magis est Imperator siue Claudio,  
siue Vespasianus, nullum tam temerarium futurum  
foeneratorem, qui mutuo daret pecunias ei, a quo sciret,  
nunquam se quidquam repetere posse. Neque enim petio-  
nem, nec actionem foeneratorem habiturum statuerat lex.  
Non inquiramus in aeratem autoremque Senatusconsulti,

A 2

neque



neque, quis ille Macedo fuerit, an foenerator, an familiae filius. Hae enim quaestiones toties agitatae et decantatae sunt, et satis sit, commendare et hommelium pie fatis fundatum in libello de *mutuo filii familias ante SCtum Macedoniam inuálido, et REINHOLDVM. de Scto Macedonio.* Vnicam dabimus tantum ex hac juris materia quaestionem et quidem, quae paradoxa videri potest, hanc tantum tractabimus.

### §. II.

Non prohibet directo SCtum, quominus filio familias mutua pecunia detur: Sed si data, negat actionem ad repetendam eam. Patet ex ipsa SCti formula, quam **VPIANVS** in *L. 1. π. de Scto Maced.* exhibet, in verbis: PLACERE, NE CVI, QVI FILIO FAMILIAS MVTVAM PECVNIAM DEDISSET, ETIAM POST MORTEM PARENTIS EIUS, CVIVS IN POTESTATE FVISSET, **ACTIO PETITIOQUE** DARETVR: UT SCIRENT, QVI PESSIMO EXEMLO FOENRARENTE, NULLUS POSSE FILII FAMILIAS BONVM NOMEN EXPECTATA PATRIS MORTE FIERI. Cum ergo lex negat actionem, naturaliter quidem obligatus habebatur filius familias, at si creditor ageret prouocando ad Senatusconsultum, exceptio oriebatur, qua sua actione petioneque actor repellebatur. Iam de filiorum familias mutuo contrario in numerata pecunia Senatus consultum agit, ipsa vero Veterum ICtorum fragmenta probant, huius Senatus consulti autoritatem cessasse in castrensi et quod cum hoc plene comparabatur interpretatione facta; quasi castrensi peculio. Testatur cit. *L. 1. §. 3. de Scto Maced.* nisi forte castrense peculium habeat: tunc enim SCtum effabit. Patet ex hoc in applicanda hac Senatusconsulti exceptione peculiorum rationem esse habendam. Hinc cum tot sint peculiorum species inter quas irregularis peculii proxime accedit ad castrense et quasi castrense peculium maxime intuitu proprietatis, admistra-

strationis et ususfructus, mota est dubitatio: An, si filius familias irregulare habens peculium mutuam pecuniam sumserit, ad restituendam eam seu soluendam postea, vel ipse vel filio mortuo si pater ipsius in irregulari existens heres conuentus, agentem creditorem repellere seque exceptione SCti consulti Macedoniani tueri possit? Iam quid videatur, dabimus.

### §. III.

Concedunt multi et filium et patrem se exceptione recte tueri posse, si conueniantur a creditore ad mutuum restituendum. Ne absque teste quid dicamus, deferam testimonium MENCKENI in *Theor. et Praxi Pandect. Lib. XIV. Tit. VI. §. II.* qui scribit: *Licet filius familias habeat peculium aduentitium sive regulare sive irregulare a. L. 11. C. qui test. fac. exceptione SCti se tueri licebit.* Neque ab hac opinione adeo alienus videtur HEINECCIUS in *Elem. Jur. Cin. secund. ord. Pandect. P. III. §. CLXXII.* qui tantum mentionem faciat *peculii castrensis et quasi,* vbi exceptionem SCti Macedoniani adserit cessare. Addit Heineccius, quod in his peculiis pro patre familias habeatur, quod argumentum ipsi VLPIANVS exhibuit in *L. 2. π. h. t.* scribens: *usque ad quantitatem castrensis peculii: cum filii familias in castrensi peculio vice patrum familias fungantur.*

### §. IV.

Sed an utraeque sufficient probations, examinemus. Ait saltem Vlpianus, *filium familias vice patris familias fungi in castrensi peculio.* Bene! Sed quid erit vice fungi patris familias. Si dicendum, quod res est, ex iuribus patrum et filiorum familias comparatis, eius interpretatio facilis est. Cum enim nihil proprii Rom. iure haberet filius familias et quidquid acquireret, non sibi proprium fieret, sed patris, qui de his acquisitis tanquam de suo et a se acquisito libere disponebat, omnesque exinde fructus capiebat; sine dubio, si filius familias vice patris familias fungitur, in hoc peculio proprium

ius habebit, et sibi acquisitum proprium efficiet, de eo omnes  
fructus capiet, libereque disponet, omni patris consensu  
amplius super habitu. Si haec ita, quo iure negamus, fili-  
um familias vice patris fungi in irregulari. Hoc soli sibi ac-  
quirit, ex eo fructus ipse capit, de eo disponit, cum patri  
nullum in illud ius sit, adeo patris autoritate neglecta. Qua-  
propter hoc argumentum non sufficere videtur ad probatio-  
nem. Fortan obiicis non posse testari de eo filium familias.  
Concedam interim saluo iure. At impubes non testatur, et  
tamen est pater familias, neque obstat, quod non ipse admi-  
nistret; causa non est in eo, quod non sit pro patre familias  
habendus, sed in infirma aetate et rerum administrandarum  
imperitia.

## §. V.

Neque grauior est Menkenii probatio ex arg. L. 17. C.  
qui test. fac. petita: IVSTINIANVS in hac lege ita constituerat;  
Nemo ex Lege quam nuper promulgauimus, in rebus, quae paren-  
tibus acquiri non possunt existimet aliquid esse inconcludam, aut per-  
missum esse filiis familias cuiuscunque gradus vel sexus testamenta  
facere: sive sine patris consensu bona possident secundum legis  
nostrae distinctionem, sive cum eorum voluntate. Nullo etenim modo  
hoc eis permittimus: sed antiqua lex per omnia conseruetur, quae  
filii familias, nisi in certis casibus, testamenta facere multo mo-  
do concedit, et in his personis, quae huiusmodi facultatem habere  
iam concessae sunt. Negat quidem lex filiis familias testandi  
potestatem. Sed quo iure concludamus, quod ob id, quod  
testandi facultate non gaudeat, ergo nec inter viuos de ir-  
regulari suo peculio libere disponere, sicutque mutuum con-  
trahere possit. Si adeo largus esse velim, ut concederem,  
nostrum Iustinianum restrinxisse libertatem filiorum familias  
quo ad dispositionem per ultimam voluntatem; tamen quis in  
materia, quae restricta statuit themata, utatur interpretatio-  
ne extensiva. Et quid? si haec magis de regulari intelligenda  
essent

essent, hoc enim nec pater acquirit sed filii manet proprium, licet usufructu gaudeat pater in his. Sed haec obiter. Videtur mihi maior esse autoritas NOVELL CXVII. cap. I. tanquam legis posterioris: Ita enim dispositus Imperator: *Res autem ita relietas sive donatas postis sub potestate personis, siquidem perfectae sint aetatis: licet sub potestate sint, licentiam QVO VOLVNT MODO, DISPONERE.* Verba admodum generalia sunt. Iam vero modi disponendi alii inter viuos, alii per ultimam fiunt voluntatem. Cum itaque lex permittat, ut de irregulari peculio filii familias QVO VOLVNT MODO disponant, nec ipsa lex distinguat et sejungat modos disponendi inter viuos ab iis, quae per ultimam fiunt voluntatem, praecipue cum ex praefatione huius Nouellae pateat dubiorum soluendum: Imperatoris studium, arbitrarer verisimiliorem videri sententiam Menckenio contrariam, cum ex sua lege haud proberet *quod probandum.*

S. VI.

Abit ergo in nostra quaestione in contrariam Sententiam cum aliis BERGERVS in *Oeconom. Iur. Lib. III. Tit. II. th. II. Not. 10.* Scribit: *Interdum ex mutuo nummario obligari filium familias, interdum etiam patrem. I. filius familias obligatur cum est o.) miles β.) peculum habet castrense vel quasi aut aduentitium irregulare.* Addit probationem suae opinionis, quam inuenie in *supra cit. NOVELL. cap. 1.* Neque nego, hanc probationem mihi videri robustiorem Menckenianam. Nam et si dubitari forsitan posset, an Nouella agat de permissa aut quodammodo restituta filiis familias licentia testandi, tamen nemo haec tenus dubitatur, liberis competere ex hac lege saltem licentiam de rebus suis libere inter viuos disponendi, hoc vero sit contrahendo libere seque aliis obligando. Absque ergo periculo quilibet circa hoc peculium irregulare cum filio familias contrahet, nec autoritatem metuet exceptionis Senatus consulti Macedoniani, et hinc si filius obligatur, iura nos

non



non sinunt dubitare, patrem heredem peculii aduentitiis irregulatis pariter obligatum fore ad soluendum, nec posse ad auxilium Senatus consulti amplius confugere. Sed addo nouam rationem: Cum Senatus consultum fieret, nulla erant peculia filii familias, quam, praeter priuilegiata castrensis, profectitia tantum. Quidquid enim amplius acquirebant, Claudi et Vespasiani temporibus, patri acquirebant, neque aliam in his acquirebant proprietatem. Longo post tempore in maternis primum, dein in aliis aliunde acquisitis lex antiqua iura eorumque rigorem emendauit. Iam quaero, qua autoritate odiosum hoc ius extendamus ad ea peculia, de quibus ordo amplissimus, cum legem ferret, ne quidem cogitare poterat. Nullum vero, quantum memini extat in Iustinianeo iure caput, quod vim huius Senatus consulti introducto maxime irregulari peculio ad illud protrahat. Qua autoritate ICTi recentiores protrahant, quibus turpe erit, sine lege loqui? Nec amplius ratio adest, quae Senatum impulit ad rigidum ius, quo alterius iuri perfecto respectu naturaliter obligati filii familias vis siebat. Quid enim de vita sua metuant parentes, cum filio sit peculum ex quo creditori satisfieri possit.

§. VII.

Quapropter de Romano iure negem in aduentio irregulari peculio applicationem Senatus consulti Macedoniani. Quid vero de Saxonico iure statuendum, latius vrgere breuitas libelli non patitur. Sufficiat interim dixisse, haec si applicari debeat sententia, id fieri debere saluo iure, quod constituit MANDAT. Electorale d. A. 1718. Von Aufborgen junger Leute. Hoc saltet perlecto, qui quis facile ipse, quid sentendum, statuerit.



(leipzig) Diss., 1775 A(1)




Sb

KD18



B.I.G.



St. 31. number 14  
1775, 14.

QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI  
A N  
**MACEDONIANVM SCTVM**  
**PROSIT FILIO FAMILIAS**  
**PECVLIVM IRREGVLARE**  
HABENTI  
QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
P R A E S I D E  
**D. CHRISTIANO HENR. BREVNING**  
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.  
S O C I O  
IN AUDITORIO IVRIDICO  
DIE VII. IUNII ANNO CCCCCCLXXV.  
DEFENDET  
**CHRISTIANVS GOTTLLOB ARNOLD**  
PIRNA. MISNIC.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGEHEMIA.

